Γ. Θαῤῥεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαῤῥεῖτε· πάντα γὰρ ἀξηγήσομαι, καὶ ἐδὲν παραλείψω.

Ξ. Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ.

Γ. Ἐκείνας οὖν τὰς χεῖρας πάλιν, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ ὅπη λίθου ἐρείδεται ἑστάναι, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον ὅτι Τύχη καλεῖται;

Ξ. Ὁρῶμεν.

Γ. Ταύτην κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ, τι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ τις, μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι. ἐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ διδόναι· πολλάκις γὰρ τοῦτο εἰώθασι ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην ἂν αἰτίαν κελεύει

tur ſe ab illius muneribus vinci, neve gaudeant cùm largiatur ; neve doleant, cum auferat, utque eam neque vituperent, neque laudent. Nihil enim cum ratione facit, ſed temerè omnia & fortuitò, ut ante vobis dixi. Quare Genius monet, nè mirentur, quicquid illa faciat, neve malos imitentur nummularios. Illi etenim pecuniâ ab hominibus acceptâ gaudent, ſuamque eſſe judicant : ubi verò repetitur, indignantur, & peſſimè ſecum agi putant, obliti nimirùm eâ conditione depoſitam ſe accepiſſe, ut abſque ullo impedimento Creditor reciperet : eodem igitur modo jubet Genius *homines* erga illius munera eſſe affectos, & meminiſſe ejuſmodi Fortunæ eſſe ingenium, ut, quæ dedit, eripiat, & illico longè plura donet ; iterumque non ſolùm auferat, quæ antè dederat, ſed & quæ ipſi antè habuerint. Quæ igitur donat, ab

eâ

πρὸς τὰς ἑαυτῆς δόσεις ἐχ ἥττους γίγνεσθ, καὶ μήτε χαίρειν ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται, καὶ μήτε ψέγειν ἀντὶ, μήτε ἐπαινεῖν. ἐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, πάντα, ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτο οὖν τὸ Δαιμόνιον κελδύει μὴ θαυμάζειν, ὅ τι ἂν πρὸς τοῖς αὐτὴ, μηδὲ γίγνεσθ ὁμοίως τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι. ὅταν δ' ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, ὑπ μνημονεύοντες, ὅτι ὅπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ χρήματα, ἐφ' ᾧ ὑδὲν κωλύει τὸ χρῆμον πάλιν κομίσασθ. ὡσαύτως τοίνυν κελδύει ἔχειν τὸ Δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν· καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ Τύχη, ὥστε, ἃ δέδωκεν, ἀφελέσθ, καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια, αὖθις δ' ἀφελέσθ ἃ δέ-

eâ accipi jubet, & protinus, qui nacti ſunt, avolare ad ſtabilem ſecuramque largitionem.

H. Quænam illa eſt? inquam.

S. Quam ab Eruditione ſunt accepturi, ſi eò pervenerint incolumes.

H. Ea verò quænam eſt?

S. Vera Scientia, inquit, rerum utilium largitioque firma, & tuta, & immutabilis: Jubet igitur ad eam celeriter confugi, cumque ad mulieres illas venerint, quas ſuprà dixi, Incontinentiam & Luxuriam appellari, etiam illinc actutum jubet diſcedi, & ne his quidem Fidem haberi ullam donec ad falſam Diſciplinam pervenerint. Ibique jubet eos pauliſper immorari & quicquid libuerit ab eâ tanquam viaticum accipere, deinde illinc abire rectà ad veram Diſci-

δωκεν. ὃ μόνον ὄν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ τοῦ πάρχοντα. ἃ γὰρ διδῷ, κελεύει λαμβάνειν παρ' αὐτῆς, καὶ σωτόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν.

Ξ. Ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ.

Γ. Ἣν λήψονται παρὰ τῆς Παιδείας, ἣν ἀφικόμενοι εἰς Ἅιδου κομιοῦνται ἐκεῖ.

Ξ. Αὕτη δ' ἐστὶν τίς ἕξις;

Γ. Ἡ ἀληθὴς Ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν συμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμετάβλητος. φεύγειν δὴν κελεύει συντόμως πρὸς ταύτην· καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ἅς τ' Ἀκρασίαν καὶ Ἡδυπάθειαν καλοῦσι, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει σωτόμως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ ταύταις μηδὲν, ἕως ἂν πρὸς τὴν Ψυδοπαιδείαν ἀφίκωνται. κελεύει οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βά-

Disciplinam. Hæc ea sunt quæ Genius præcipit. Quicunque igitur hisce contraria agit aut negligit, malus malè perit. Et Fabula quidem Hospites, quæ in Tabula continetur, hujusmodi est. Si quid verò de his singulis ulterius interrogare libet, nulla in me erit mora, ego enim vobis dicam.

H. Rectè, inquam ego, dicis. Quid ergo Genius jubet eos accipere à falsâ Disciplinâ?

S. Ea quæ utilia esse videntur.

H. Quænam ergo illa sunt?

S. Literæ, & cæteræ Disciplinæ, quas & Plato dicit adolescentibus fræni vim habere, ut ne ad alia pejora distrahantur.

H. Num verò has accipiat necesse est,

λωνῖαι παρ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον· εἶτα ἐντεῦθεν ἀπέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν συντόμως. Ταῦτ' ἐστίν, ἃ προστάσσει τὸ Δαιμόνιον. Ὅστις τοίνυν παρ' αὐτά τι ποιεῖ ἢ πράττει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. Ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτός ἐστιν ἡμῖν ἐστίν. εἰ δέ τι προσδεῖ περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω.

Ξ. Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλά τί κελεύει αὐτὸς τὸ Δαιμόνιον λαβεῖν πρὸς τὴν Ψυχοπαιδείας;

Γ. Ταῦθ' ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι.

Ξ. Ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί;

Γ. Γράμματα, ἔφη, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μαθημάτων· ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὥσπερ χαλινὸν τινα δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα πλανῶνται.

Ξ. Πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λα-

eſt, ſi quis pervenire velit ad veram Diſciplinam, necne?

S. Nulla quidem neceſſitas, inquit, utiles tamen ſunt illæ, etſi nihil conferant, quò meliores fiant homines.

H. Itane ergo dicis, eas nullatenus utiles eſſe?

S. Dico. Licet enim vel ſine his meliores fieri, neque tamen inutiles ſunt etiam iſtæ. Ut enim per interpretem ea quæ dicuntur aliquo modo conjicimus, non tamen omnino incommodum fuerit nos ipſos linguam illam accuratiùs callere, quamvis aliquid per interpretem perceperimus; ita ſine his Diſciplinis nihil vetabit nos meliores fieri.

H. Nihil ergo magis proficiunt hi Diſciplinarum ſectatores, ad ſe reddendos meliores cæteris hominibus?

S. Quomodo, inquit, præſtarent cæteris,

δεῖν, εἰ μέλλοι τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, ἢ οὔ;

Γ. Ἀνάγκη μὴν εὐδεμία, ἔφη, χρήσιμα μὴν τοί ἐστι. πρὸς ἃ τὸ βελτίως ἡμέας εὖ λέγειν συμβάλλεται ταῦτα.

Ξ. Οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίως ἡμέας ἄνδρας;

Γ. Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίως ἡμέας. ὅμως ἃ σὺ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν. ὡς γὰρ δι' ἑρμηνέως συμβάλλομεν τὰ λεγόμενά πρὸς, ὅμως μὴν τοί γε σὺκ ἄχρηστον ἐστὶν, καὶ ἡμᾶς αὐτὺς τῇ φωνῇ ἀκριβεστέραν ἔχειν, κἄν τι σωπῶμεν. οὕτω ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων εὖ λέγειν κωλύει ἡμέας.

Ξ. Πότερον εὖ λέγειν προέχουσιν οἱ μαθηματικοὶ, πρὸς τὸ βελτίως ἡμέας τῶν ἄλλων ἀνθρώπων;

Γ. Πῶς μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται

cæteris, cum conſtet eos non minus errare de bonis & malis, quàm reliquos mortales, & omnibus vitiis implicari? Nihil enim impedit, quin qui calleat Litteras & intelligat Diſciplinas omnes, tamen ſit æque ebrius & intemperans, & avarus, & injuſtus & proditor, & denique amens.

H. Multos profecto ejuſmodi videre licet, inquam ego.

S. Quæ ergo, inquit, illis prærogativa ob iſtas Diſciplinas ut in viros evadant meliores?

H. Nequaquam apparet ex hac ratione. Sed quæ cauſa eſt, inquam ego?

S. Quia in ſecundo ſepto verſantur, quaſi ad *veram Diſciplinam* appropinquantes.

H. Et quid hoc juvat illos, inquam? cum ſæpe liceat videre multos

φαίνονται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι καταχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; Οὐδὲν γὰρ κωλύει, εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ περιδότιον, ἢ τὸ πέρας ἄφρονα.

Ξ. Ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἔστιν ἰδεῖν.

Γ. Πῶς οὖν ἔτοι περέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων;

Ξ. Οὐδαμῶς φαίνεται, ἐκ τούτου τοῦ λόγου. Ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγὼ, τὸ αἴτιον;

Γ. Ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ διατρίβουσιν, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν.

Ξ. Καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφη, ὅταν πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν παραγιγνομένους

multos ex primo ſepto ab Intemperantia cæteriſque vitiis pervenire ad tertium ſeptum, ad *veram Diſciplinam*, qui hos Diſciplinarum Sectatores prætereunt?

S. Qua igitur in re præſtant indoctis, cum ipſi tardiores ſint aut indociliores ad veram ſcientiam addiſcendam?

H. Quomodo iſtud, inquam?

S. Quod in ſecundo ſepto, ſi nihil aliud, ſimulant utique ſe ſcire quæ neſciunt. Cujus ſententiæ quamdiu fuerint, tardos omnino eos eſſe neceſſe eſt ad *veram Diſciplinam* expetendam. Deinde alterum illud non vides, opiniones quoque ex primo ſepto ad illos ſimiliter ingredi? Quare nihilo cæteris hi meliores ſunt, niſi ad hos etiam accedat pœnitentia, perſuaſumque habuerint ſe non veram ſed falſam Diſciplinam habere, per quam decipiuntur,

μῦς ἐκ τῦ πρώτυ περιβόλυ ἀπὸ τῆς Ἀκρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας, εἰς τ τρίτον περιβολον, πρὸς τὴν Παιδείαν τὴν ἀληθινὴν, οἳ τύτυς τὺς μαθηματικὺς παραλάτυσιν;

Γ. Ὥστε, πῶς ἔτι περέχυσιν ἄρα ἢ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι;

Ξ. Πῶς, ἔφην, τῦτο, ἐγώ;

Γ. Ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο, περιπατοῦνταί γε ὀπίσω, ἃ ἐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτυς αὐτὺς ἀνάγκη εἶναι πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν. Εἶτα τὸ ἕτερον ἐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐκ τῦ πρώτυ περιβόλυ εἰσπορεύονται πρὸς αὐτὺς ὁμοίως; Ὥστε ἐδὲν ἧττον ἐκείνων βελτίυς εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ τύτοις σωῇ Μεταμέλεια, καὶ πείσωσιν, ὅτι οὐ Παιδείαν ἔχυσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, δι'

cipiuntur: atque ita affecti ſalvi eſſe nequeunt. Et vos igitur, ô hoſpites, ita facite, & immoramini prædictis, donec habitum nacti fueritis; ſed de his ſæpius conſiderandum, & nihil intermittendum, cæteraque præter rem ducenda, ſin minus, nullus vobis redibit fructus ex iis quæ auditis.

H. Faciemus, inquam. Hoc autem enarra, cur bona non ſint quæcunque accipiunt homines à fortunâ; ut vita, ſalus, divitiæ, gloria, liberi, victoria, cæteraque, his ſimilia; contraque ea, quæ ſunt his oppoſita, cur mala non ſint: valde enim abſurdum & incredibile dictum videtur.

S. Age itaque, enitere, inquit, ut reſpondeas quod tibi videtur de iis quæ rogâro.

H. Sed hoc faciam, inquam ego.

S. Utrum

δι' ἰῶ ἀπάλωνται. ὕτω δὲ ἀμαχείμβροι, ὥστε ἄν ποτε σωθῆναι. Καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, ὕτω ποιεῖτε, καὶ ἐναλείβετε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν ἔξιν λαβεῖν. ἀλλὰ περὶ τ' αὐτῶν πολλάκις δεῖ διασκοπεῖν, καὶ μὴ ἀμαλείπειν· τὰ γὰρ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι. εἰ γὰρ μὴ, ὠφελία ἔσται ὧν νῦν ἀκούετε.

Ξ. Ποιήσομεν. Τοῦτο γὰρ ἐξήγησαι, πῶς ὥστε ἔστιν ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τ' Τύχης. οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ δοξάζειν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παράπαν πολλαχοῦ ἢ πάλιν, τὰ ἐναντία πῶς ὥστε ἔστι κακά· πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεγόμενον.

Γ. Ἄγε τοίνυν πειρῶ, ἔφη, ἀποκρίνασθαι τὸ φαινόμενον, περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ.

Ξ. Ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφη ἐγώ.

Γ. Πότερον

S. Utrum igitur ei, qui male vivit, bonum eſt vivere?

H. Non mihi videtur, ſed malum, inquam ego.

S. Quo pacto igitur, inquit, bonum eſt vivere, ſi illi malum eſt?

H. Quia male quidem viventibus, malum mihi videtur eſſe vivere, bene autem viventibus bonum.

S. Et malum igitur dicis eſſe, vivere, & bonum?

H. Ego vero.

S. Cave abſurdè loquaris. Fieri enim non poteſt, ut res eadem & mala & bona ſit. Sic enim & utilis & noxia foret, & expetenda & fugienda ſimul ſemper.

H. Abſurdum illud quidem. Sed, quomodo ſi cui male vivere contingat, eidem quoque malum contingat, malum ipſum vivere eſt?

S. Atqui

Γ. Πότερον ἦν κἂν κακῶς τις ζῇ, ἀγαθὸν ἐκείνῳ τὸ ζῆν;

Ξ. Οὔ μοι δοκεῖ· ἀλλὰ κακόν, ἔφην ἐγώ.

Γ. Πῶς ἦν ἀγαθὸν ἐστι τὸ ζῆν, ἔφη, εἴπερ τούτῳ ἐστὶ κακόν;

Ξ. Ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι· τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν.

Γ. Καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι;

Ξ. Ἔγωγε.

Γ. Μὴ ἦν ἀπιθάνως λέγῃς. ἀδύνατον γὰρ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. οὕτω γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη, καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί.

Ξ. Ἀπίθανον μέν. Ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ ἂν ὑπάρχει, κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν.

S. Atqui non idem eſt, inquit, vivere & male vivere. An non & tibi videtur?

H. Profecto nec mihi videtur eſſe idem.

S. Vivere igitur non eſt malum, quoniam ſi eſſet malum in ſe, etiam bene viventibus malum utique eſſet. Vitam enim haberent quæ malum eſſet.

H. Vera mihi dicere videris.

S. Quoniam igitur utriſque & male & bene viventibus vivere contingit, vivere neque malum fuerit neque bonum; ſicut nec ſecare & urere in ægrotantibus eſt morboſum & ſalubre. Sic & in Vitâ ipſâ ſunt hæc, tu itaque ita tecum conſidera, utrum malis vivere male, an mori bene & fortiter?

H. Ego vero honeſte mori malo.

S. Ergo neque mori malum eſt.

Si-

Γ. Ἀλλ' ὃ τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ καλῶς ζῆν. ἢ ἄλλο σοι φαίνεται;

Ξ. Ἀμέλει ὀλίγοι ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι.

Γ. Τὸ καλῶς τοίνυν ζῆν καλόν ἐστι. Τὸ δὲ ζῆν ὃ καλόν ἐστιν· ἐπεὶ εἰ ἐῶν καλόν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν.

Ξ. Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν.

Γ. Ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς, σὺν ἂν εἴη ὅτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, ὅτε κακόν. ὥσπερ δηλὲ τὸ πένεσθαι, καὶ καίεσθαι, ἐν τοῖς ἀῤῥωστήμασίν ἐστι νοσεῖν καὶ ὑγιαίνον, σκοπεῖν ὅτῳ καὶ ὅτι τῷ ζῆν ἐστι ταῦτα. Σὺ τοίνυν ὅτῳ θεώρησον· πότερον ἂν βέλοιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως;

Ξ. Ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς.

Γ. Οὐκοῦν δηλὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν

Siquidem ſæpe optabilior mors eſt vitâ.

H. Ita eſt.

S. Eadem ergo ratio eſt & de ſanitate & morbo. Sæpe enim valere non prodeſt, & contra, cum ita caſus tulerit.

H. Vera dicis.

S. Age vero, & de divitiis eodem modo conſideramus; ſi modo illud conſiderare eſt, quod ſæpe videre licet, divitias alicui ſuppetere eundemque male & miſere vivere.

H. Multos ſane per Jovem.

S. Nihil igitur eis Divitiæ conferunt ad bene vivendum?

H. Non videtur. Ipſi enim pravi ſunt.

S. Viros ergo bonos non Divitiæ faciunt, ſed Diſciplina.

H. Veriſimile quidem id.

S. Hac ergo ratione quî bonum

ſunt

ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν.

Ξ. Ἔστι ταῦτα.

Γ. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ ὃ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τἀναντίον, ὅταν ἡ περίστασις τοιαύτη.

Ξ. Ἀληθῆ λέγεις.

Γ. Ἄγε δὴ, σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν ὅπως· εἴγε θεωρεῖν ἐστιν, ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν ὑπάρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς ὂν ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως.

Ξ. Νὴ Δία, πολλούς γε.

Γ. Οὐκοῦν ὠφελεῖ τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς;

Ξ. Οὐ φαίνεται. αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν.

Γ. Οὐκοῦν τὸ σωφρονεῖν εἶναι, ἐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία.

Ξ. Εἰκός γε.

Γ. Ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου πᾶς ὁ

ſunt Divitiæ, ſi ad meliores reddendos poſſeſſores ſuos non conferunt?

H. Ita videtur.

S. Ergo ne expedit quidem nonnullis eſſe divitibus, cum divitiis uti neſciunt.

H. Mihi ita videtur.

S. Quomodo igitur bonum id eſſe aliquis judicabit, quo ſæpe carere prodeſt?

H. Nullatenus.

S. Siquis igitur Divitiis recte & prudenter uti noverit, bene & feliciter vivet, ſin minus, male.

H. Veriſſime dicere hoc mihi videris.

S. Sed ut rem omnem ſummatim complectar, colere hæc tanquam in ſe bona, aut ſpernere tanquam mala: id ipſum eſt, quod perturbat homines, & lædit; cum ea, inquam, & colunt & in iis ſolis conſiſtere

πολῦτο ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ ἐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸν, εἰς τὸ βελτίους εἶναι;

Ξ. Φαίνεται.

Γ. Οὕτως ἐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλεῖν, ὅταν μὴ ὀφείλωνται τῷ πλοίῳ χρῆσθαι.

Ξ. Δοκεῖ μοι.

Γ. Πῶς ἂν τοῦτο ἄν τις κρίνει ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις ἐ συμφέρει ὑπάρχειν;

Ξ. Οὐδαμῶς.

Γ. Οὐκοῦν εἰ μή τις ὀφείλεται τούτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται· εἰ δὲ μή, κακῶς.

Ξ. Ἀληθέσταλά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν.

Γ. Καὶ τὸ σύνολον δή, τὸ τιμᾶν τοῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακά, τοῦτό ἐστι τὸ παράπλον τοὺς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶνται τε αὐτὰ, καὶ οἴονται μᾶλλον τούτων

sistere felicitatem opinantur, & omnia quantumvis impia eorum gratiâ consequenter faciunt. Hæc autem propter ipsam veri boni Ignorantiam patiuntur. Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in Divitiarum possessionem ex pessimis ac turpissimis facinoribus, veluti, inquam, ex proditionibus, & deprædationibus, & homicidiis, & calumniis, & rapinis, aliisque compluribus ac pravis operibus.

H. Ita res est.

S. Si igitur ut par est ex malo bonum nullum provenit, divitiæ vero ex malis facinoribus proveniunt; divitias nequaquam bonum esse necesse est.

H. Sic ex isto sermone contingit.

S. Cæterum ne sapientia quidem nec justitia ex malis operibus acquiri possunt: neque itidem injustitia & insipientia ex bonis operibus.

μόνων εἶναι τὸ δ' δαιμονεῖν· καὶ πάνθ' ὑπομένουσι πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέσθαι δοκοῦντα εἶναι. ταῦτα δὴ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν. Ἀγνοοῦσι γάρ, ὅτι ἡ γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν. Πλοῦτον δέ ἐστι πολλὴς κτησαμένους ἰδεῖν ἐκ κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἔργων· οἷον λέγω ἐκ τοῦ προδιδόναι καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ ἀνδροφονεῖν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἀποστερεῖν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν καὶ μοχθηρῶν.

Ξ. Ἔστι ταῦτα.

Γ. Εἰ τοίνυν γίνεται ἐκ κακοῦ ἀγαθὸν μηδὲν, ὥσπερ εἰκός· πλοῦτος δὲ γίνεται ἐκ κακῶν ἔργων· ἀνάγκη μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸ πλοῦτον.

Ξ. Συμβαίνει ὥπως ἐκ τούτου τοῦ λόγου.

Γ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ φρονεῖν γε οὐδὲ δικαιοπραγεῖν ἔστι κτήσασθαι ἐκ κακῶν ἔργων. Ὡσαύτως δὴ δὲ τὸ ἀδικεῖν

ribus. Neque enim ipsa simul consistere possunt. Divitias vero & gloriam, & victorias, & reliqua his similia multâ cum pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quare hæc neque bona neque mala censeantur. Cæterum sapientia duntaxat bonum: Insipientia vero malum.

H. Recte, inquam, & sufficienter mihi dicere videris.

FINIS.

ἀδικεῖν καὶ ἀφρονεῖν ὐκ καλῶν ἔργων· οὐδὲ ὑπάρχειν ἅμα τὰ αὐτὰ δύνασθαι. Πλοῦτον ἢ καὶ δόξαν καὶ τὸ νικᾶν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις ἁπλῶς, οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν τινὶ, ἀλλὰ μετὰ κακίας πολλῆς· ὥστε οὐκ ἂν ἦ ταῦτα ἀγαθὰ οὔτε κακά. ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθὸν, τὸ δ' ἀφρονεῖν κακόν.

Ξ. Ἱκανῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἔφην.

ΤΕΛΟΣ.

SALMASIUS LECTORI.

SUPRA *in Prolegomenis monuimus, quæ hucusque prodiêre, omnes hujus Tabulæ Græcas editiones unius duntaxat Exemplaris, ejusque colophone egregio mutilati, lectionem exhibere: Superesse autem Latinam Versionem olim sub initium renatæ Literaturæ factam ex Bibliothecæ Urbinatis cod. Manuscripto, qui solus cùm in aliis quibusdam à vulgatâ lectione abiit, tùm præcipuè etiam additam in fine habuit par-*

particulam egregii colophonis, quem Arabs Paraphraſtes ſervavit nobis integrum. Eam igitur Verſionem hîc ſubjungere viſum idcircò non modò fuit minimè ſuperfluum fore, ſed Lectoribus etiam gratum eò magis, quò mirabiliùs accidit, nullum è tanto Interpretum & Commentatorum numero mentionem ejus jure, meritoque facere hactenus quiviſſe. Autor ejus fuit Ludovicus Odaxius, magno illo literarum inſtauratori Ang. Politiano in multis ſuppar. Nam & diligentiâ laudabili renaſcentibus tunc Gr. literis obſtetricatus eſt, ſuorumque ſtudiorum Patronum quoque nactus eſt Fredericum Urbini Ducem, meritis erga remp. literar. & Gr. Manuſcriptorum Bibliothecâ à ſe collectâ non minùs celebre, quàm qui Politiano obtigerat Laurentius Medicæus, Dux Hetruriæ. Ut hujus etiam filium Petrum Medicæum Politianus ſuâ diſciplinâ informandum habuit, ſic ſui quoque Patroni filium Odaxius. Verùm iſta, & quanti in vertendis Gr. Autoribus Odaxium Politianus fecerit,

qui

qui volet latiùs cognoſcere, adeat. l. 3. Epiſt. Politiani, cujus initio ἀμοιβοὶ aliquot amborum Epiſtolæ reperiuntur. Hanc autem Tab. Latinam, unâ cum Cenſorino de die Natali, Epict. Enchiridio, aliiſque Plutarchi, Luciani ac Baſilii Tractatulis è Gr. tranſlatis in Fol. A. C. 1497. *Bononiæ edidit Philippus Beroaldus, qui in præfatione ſuâ Odaxii meminit hiſce verbis:* Secundo loco eſt Tab. Cebetis, quâ nihil abſolutius: quâ humanæ vitæ decipula graphicè & condecorè depinguntur: quam latinitate donavit luculentus interpres, mihique amiciſſimus, de quo illud dici meritiſſimo poteſt,

Cecropiæ commune decus, Latiæque Minervæ.

CEBETIS THEBANI TABULA

E Græco in Latinum converſa

Per LUDOVICUM ODAXIUM PATAVINUM.

CASU evenerat, ut in Saturni ſacello deambularemus; Ubi cùm pleraſque alias oblationes, tùm Tabulam quandam pro templo poſitam intuebamur, in quâ pictura quædam erat peregrina, & quæ peculiares fabulas contineret, quas conjicere non poteramus, quænam & quales eſſent. Neque enim civi-

civitas, neque vallum pictura illa nobis esse videbatur. Cæterum muri ambitus erat qui duos alios ambitus amplectebatur: alterum majorem, minorem alterum. Porta etiam erat in primo ambitu, ubi nobis turba ingens insistere videbatur. Intra verò ambitum multitudo quædam mulierum visebatur. Primi autem vestibuli & ambitus ingressum Senex quidam occupabat, qui turbæ ingredienti quasi imperare aliquid videbatur. Cujus fabulæ rationem nobis invicem addubitantibus, quidam natu grandior assistens, nequaquam, inquit, hospites absurde facitis, qui de picturâ hac addubitetis. Non multi enim indigenæ, quid hujus fabulæ ratio valeat, intelligunt. Quippe quam non civis, sed peregrinus quidam dedicârit, qui huc jampridem advenerat: vir & magna prudentia & sapientia præditus: qui cùm sermone, tùm opere quandam

dam Pythagoræ aut Parmenidis vitam fuerat æmulatus. Is utique ſacellum & picturam hanc Saturno conſecravit. Utrum igitur, inquam ego, noſti etiam virum ipſum, quem vidiſti? Immò, inquit, eum multo tempore ſum admiratus: ſiquidem adoleſcens adhuc, & complura ſtudioſe diſputabat, & ego hujuſce fabulæ rationem ex eo diſſerente ſæpius audieram. Per Jovem, inquam ego, niſi quæpiam major occupatio te detinet, expone nobis. Audire enim magnopere concupiſcimus, quidnam hoc fabulæ ſit. Perlibenter ô hoſpites, inquit. Atqui hoc prius admonendi eſtis: periculi quippiam ineſſe huic expoſitioni. Quodnam, inquam ego? Quoniam, inquit, ſi, quæ dicuntur, attendetis, intelligetiſque, prudentes atque fœlices evadetis: Si minus; inſipientiam, infortunium, calamitatem, atque ignorantiam conſecuti male vitam de-

getis. Hæc enim expoſitio Sphingis ænigmati, quod illa hominibus præponebat, perſimilis eſt. Nam quicunque ipſum intellexerat, ſalutem; qui non intellexerat, exitium conſequebatur. Eadem eſt hujus enarrationis conditio. Sphinx eſt enim hominibus ipſa inſipientia. Hæc autem proponit, quid bonum, quid malum; quid neque bonum, neque malum in vita ſit. Quæ ſi quis minus intellexerit, ab ea interimitur: neque id ſemel, ſicut is qui depaſtus à Sphinge moriebatur. Sed per omnem vitam paulatim abſumitur: quemadmodum hi qui perpetuis ſuppliciis addicti ſunt. Contra vero, ſi quis agnoverit: occisâ demum inſipientiâ ſalutem ipſe conſequitur, & beatus fœlixque per omnem vitam evadit. Quamobrem vos attendite, ac diligenter audite. O Hercules, quam magnum nos in deſiderium conjeciſti! ſi hæc ita ſe habent. Atqui ita ſe habent, inquit.

quit. Nequaquam igitur nos oratio tua præveniet, ſi quidem nobis attentè audituris non abs re precium hujuſmodi proponitur. Sumptâ itaque virgâ quadam & ad picturam ductâ, videtis ne, inquit, ambitum hunc? Videmus. Hoc imprimis animadvertere vos oportet: locum, ſcilicet, iſtum vitam vocari. Turba porrò illa ingens, quæ portæ inſiſtit; hi ſunt omnes in vitam aliquando ingreſſuri. Senex autem ille ſuperior, qui manu alterâ paginam quandam tenet, alterâ neſcio quid demonſtrat, Genius appellatur. Hic imperat introeuntibus, quid eos agere oporteat, ut ad vitam ingrediantur; & qualem viam perrecturi ſint, oſtendit, ut ſalutem in vita conſequantur. Qualem igitur eos jubet vitam carpere, aut quo pacto, inquam ego? Vides ne, inquit, juxta portam ſolium quoddam eo loco conſtitutum, ubi turba ingreditur,

in quo ſedet ſuavibus moribus & formosâ indole mulier, quæ poculum manu tenet? Video: ſed quænam hæc eſt? Suadela, inquit, vocatur, quæ mortales omnes ſeducit. Quid tum poſtea hæc agit? Ingredientes ad vitam, quoad per eam fieri poteſt, bibere compellit. Quæ nam verò hæc eſt potio? Error, inquit, atque ignorantia. Quid tum poſteà? Ubi hanc ébiberunt, vitam ingrediuntur. Nunquid omnes eum errorem bibunt, necne? Omnes, inquit, bibunt: ſed plus alii, alii minus. Non vides præterea intra portam mulierum meretricum multitudinem quandam diverſos aſpectus multifarioſque præferentium? Video. Iſtæ igitur opiniones & concupiſcentiæ & voluptates vocantur, quæ turbâ ingrediente ſtatim proſiliunt, & unumquemque amplectuntur, ac deinde abducunt. Et quonam eos abducunt? Aliæ, inquit, ut ſalvent: Aliæ, ut per decep-

deceptionem interimant. O, inquam, admirandus vir, quam acerbam ac triſtem potionem dicis! Atqui omnes, inquit, optima pollicentur: ſeque eos ad fœlicem atque conducibilem vitam eſſe perducturas. Illi verò per ignorantiam & errorem, quem ab ipſa ſuadelâ combiberunt, quænam vera via ſit, in vitâ non inveniunt: Sed inconſulto errant, ut videre licet ex his, qui prius ingredientes eò circumvagantur quo ipſæ commonſtraverint. Video, inquam, hoc: ſed mulier illa quænam eſt, quæ veluti cæca atque inſana ſuper lapide quodam rotundo conſiſtere videtur? Fortuna, inquit, vocatur. Ea verò non ſolùm cæca: ſed inſana etiam & ſurda eſt. Quæ nam hujus ſunt partes? Obambulat, inquit, quocunque gentium, & aliis quidem facultates eripit, aliis tradit. Ab eiſdemque rurſus aufert illico, quæ tradiderat, atque aliis

temere inſtabiliterque concedit. Quapropter ex eo argumento ipſius ingenium facile indicatur. Quale nam hoc eſt, inquam ego? Quoniam in rotundo lapide conſiſtit. Quid tunc ex re ſignificatur? Quod parum certa, atque inſtabilia ſunt illius munera. Calamitates enim magnæ ac difficiles oriuntur, ubi quis in eâ fidem collocârit. Turba verò hæc ingens, quæ eam circumſtat, quid ſibi vult, & quinam vocantur? Vocantur hi quidem inconſulti, quorum nemo non petit, quæ projiciat, ac dilapidet. Cur verò aſpectu haudquaquam ſimili ſunt, ſed eorum alii gaudere, alii ſublatis manibus triſtari videntur? Quicunque, inquit, eorum, gaudere ac ridere videntur; Hi ſunt, qui à fortunâ quippiam acceperunt, à quibus etiam bona fortuna nuncupatur. Qui verò flere, ac manus protendere videntur; Hi ſunt, à quibus abſtulit, quæ tradiderat antea.

tea. A quibus fortuna mala nominatur. Et quænam ſunt, quæ illis elargitur, per quæ tantopere, cum accipiunt, lætantur: quum amittunt, lugent. Hæc, inquit, ea ſunt, quæ à pleriſque hominibus bona exiſtimantur. Et quænam ſunt ea? Divitiæ ſcilicet & gloria & nobilitas & liberi & tyrannides & regna, & alia quæcunque id genus. Hæc autem nunquid bona non ſunt? De his, inquit, aliàs diſputabimus. Nunc circa fabulæ narrationem verſemur. Ita, inquit, ſit. Vides igitur, ubi portam hanc præterieris, ambitum alterum ſuperiorem: muliereſque extra ambitum collocatas meretricio ornatu inſignes? Et valde inquam. Ex his hæc incontinentia, hæc luxuria, hæc avaritia, hæc aſſentatio nuncupatur. Quid hic potiſſimum aſtant? Eos, inquit, obſervant, qui à fortunâ quippiam acceperunt. Quid tum deinde? Exiliunt atque

amplexantur eos, & adulantur &, ut penes ſe maneant, obteſtantur ; vitam jucundam, atque labore omni & incommodo vacuam illis affore promittentes. Si quis itaque perſuaſus earum blanditiis eò ſe contulerit : tantiſper illi ſuavis videtur ea converſatio, quoad hominem titillaverit, deliniveritque ; poſtea ſecùs : Ubi enim reſipiſcere cœperit ; tum demum ab ea ſe non tam oblectatum, quam abſumptum & contumeliis affectum intelligit. Quo fit, ut cum omnia prodegerit, quæ à fortuna fuerat conſecutus, tunc illis mulieribus inſervire atque inhoneſta omnia ſuſtinere, & turpia quæque ac pernitioſa illarum gratia cogatur admittere, veluti furtum, ſacrilegium, perjurium, proditionem, deprædationem, & quæcunque his ſimilia. Ubi verò eos omnia defecerint, punitioni addicuntur. Et quænam hæc eſt ? Videſne retro eas quandam veluti beſtiolam,

lam, locumque pariter anguſtum & tenebroſum, ubi etiam turpes ac ſordidæ pannoſæque mulieres verſari videntur ? Et valde, inquam. Ex his igitur, inquit, quæ flagellum tenet, punitio nuncupatur : Quæ caput intra genua habet, triſtitia : Quæ verò capillos ſuos evellit, dolor. Hic alius verò qui deformitatem, macilentiam, & nuditatem præferens juxta eas accubat : ac deinde ſimilis illi turpis macilenta quædam, quinam ſunt ? Hunc ſanè, inquit, luctum appellant : illam verò ipſius ſororem, mœſtitiam. His itaque traditur, & eorum contubernio cruciatur. Poſt denuo in aliud infœlicitatis domicilium truditur, atque reliquam vitam in omni miſeria traducit ; niſi fortè illi pœnitentia obviam prodierit. Quid tum poſtea contingit ? Si pœnitentia illi obviam fuerit, eripit eum ex infortuniis, & alteram illi opinionem alterumque deſiderium

ſiderium imprimit, per quod ad veram diſciplinam perducitur; & ad eam quæ falſa diſciplina nuncupatur. Quid tum poſtèa? Si, inquit, eam opinionem ſuſceperit, quæ ad veram diſciplinam pervehat, ab ea mundatus, expiatuſque ſalutem, beatitudinem, fœlicitatem in univerſa vita lucraturum: Si ſecus, denuo à falſa illa opinione ſeducitur. O Hercules, quàm magnum eſt hoc aliud diſcrimen! Hæc autem, inquam ego, falſa diſciplina quænam eſt? Vides ne alterum illum ambitum? Video, inquam ego. Atque extra ambitum in veſtibulo mulier quædam aſſiſtit, quæ munditiem conſtantiamque non mediocrem prætendit. Apprime, inquam. Hanc igitur, inquit, plerique homines & vulgus vocant diſciplinam, cum falſa potius diſciplina ſit. Huc ſane prius applicant qui ſalvi fiunt, Ubi ad veram diſciplinam pervenire voluerint.

rint. Nunquid alius ad veram disciplinam aditus non patet? Patet, inquit. Hi verò intra ambitum declinantes; quinam sunt homines? Falsæ, inquit, disciplinæ sunt amatores decepti, seque opinantes veræ disciplinæ contubernio frui. Et quinam vocantur hi? Alii, inquit, poetæ, alii oratores, alii dialectici, alii musici, alii arithmetici, alii geometræ, alii astrologi, alii voluptuarii, alii peripatetici, alii critici, & quicunque ejusmodi sunt. Illæ autem mulieres quæ videntur circumcurrere prioribus illis similes, in quibus incontinentiam & reliquas una esse affirmabas, quænam sunt? Illæ ipsæ sunt, inquit. Nunquid etiam huc ingrediuntur? Ita per Jovem, in his simulque etiam insipientia: neque ab opinione ac reliquis malis evadent, priusquam repudiata falsa disciplina, veracem viam ingressi fuerint, & purgatoriam eorum virtutem admiserint;

& mala omnia, quibus involvuntur, & opiniones & ignorantiam, & reliquam omnem pravitatem ſequeſtraverint: tum demum ita ſalvi & incolumes erunt. Neque ullo unquam falſæ diſciplinæ commercio labefactari poterunt: neque horum ſtudiorum gratia mali quippiam adipiſcentur. Et quænam hæc eſt via, quæ ad veram diſciplinam ferat? Vides, inquit, locum illum ſuperiorem, ubi nullus inhabitat: Sed ſolitudo ingens eſſe videtur? Video. Præterea januam, quandam puſillam ante quam via quædam eſt, quæ non multum admodum frequentatur, quippe quam pauci admodum terunt, quod acclivis & aſpera & ſaxoſa videatur? Et valde, inquam. Collis præterea quidam excelſus apparet, ad eumque anguſtus admodum adſcenſus, & qui multa profunda hinc inde præcipitia offerat? Video. Hæc igitur, inquit, via eſt, quæ

ad

ad veram disciplinam ducit: Aspectu inprimis formidolosa. Porro circa collis superiorem partem, saxum ingens & prealtum, usquequaque præruptum vides? Video, inquam. Vides præterea mulieres duas supra saxum constitutas, pulchritudine, atque habitudine corporis excellentes: ac manus per quàm alacriter protendentes? Video, sed quænam, inquam, vocantur? Altera, inquit, continentia, altera constantia nuncupatur. Sunt autem germanæ. Cur nam igitur manus tam alacriter protendunt? Hortantur, inquit, eos qui ad id loci veniunt, ut bono animo atque intrepido sint, admonentque paululum quippiam adhuc esse tolerandum: Se enim eos paulo post ad pulcherrimam viam perducturas. Ubi vero ad saxum pervenerint, quonam modo ascendunt? nullam enim eo ferentem viam animadverto. Ipsæ à præcipitio illo descendunt,

ſcendunt, eoſque ſurſum ad ſe trahunt. Deinde recreari & quieſcere jubent, ac paulo poſt fortitudinem audaciamque contribuunt, eoſque ad veram diſciplinam deducere ſe profitentur, & viam oſtendunt, quàm ſit elegans, quàm plana, quàm pervia, quàm nullis malis obnoxia, ut vides. Ita per Jovem videtur. Videſne, inquit, ante illud nemus locum quendam qui pulchritudinem amœnitatemque pratorum præfert, multoque lumine illuſtratur? Et valde, inquam. Animadvertis igitur in prati meditullio ambitum alium, & portam aliam? Ita ſane: ſed quonam pacto locus hic nuncupatur? Fortunatorum, inquit, domilium; hic enim virtutes omnes & fœlicitas ipſa verſatur. Eſto, inquam ego, eam eſſe loci pulchritudinem. Quin, inquit, aſpicis prope portam, quàm formoſa, & conſtanti facie mulier exiſtat: mediam

mediam indiſcretam jam ætatem ; habitum verò & ornatum ſimplicem præ ſe ferens? Eaque non in rotundo ; ſed in quadrato lapide ſecura & munita conſiſtit. Duæ præterea aliæ, quas tanquam filias una ſecum habere videtur ? Ita prorſus apparet. Harum igitur quæ medium locum tenet, diſciplina eſt ; eam veritas & perſuaſio comitatur. Cur autem hæc quadrato lapidi potiſſimum inſiſtit? Ex eo, inquit, arguitur, quod ad eam pervenientes ſecuro & certo tramite proficiſcuntur, donationeſque traditas tuto ſuſcipiunt. Et quænam illis ab ea dono dantur? Confidentia, inquit, atque animus imperterritus. Hæc verò alia quænam ſunt? Scientia, inquit, per quam grave nihil in vita perpeti unquam poſſe ſe intelligunt. Quam præclara, inquam, Hercule munera ! Sed quamobrem extra ambitum ita moratur? Ut, inquit, advenientes excipiat accurate,

rate, ac vim illam purgatoriam inſtillet, purgatoſque ac prorſus emendatos ita eos ad virtutes introducat. Quonam pacto, inquam ego? non enim intelligo. At intelliges, inquit. Quemadmodum ſi quis graviter ægrotans medicum accerſiverit, purgatoriis ſtatim medicamentis omnes ægritudinis cauſas eximere conatur. Atque ita demum à medico reparatus in ſanitatem reſtituitur. Qui ſi medici præceptis minus obtemperaverit, merito repudiatus ab ea ægritudine conficitur. Hæc intelligo, inquam ego. Eodem itaque pacto, ubi quis ad diſciplinam pervenerit, probe curatur, & virtute illius irroratur, ut quamprimum mala omnia expurget, ejiciatque quibus adveniens implicabatur. Quænam hæc? Ignorantiam, errorem, quem apud Suadelam ebiberat: Arrogantiam, concupiſcentiam, intemperantiam, furorem, avaritiam, &

reliqua

reliqua omnia, quibus in primo ambitu fuerat repletus. Ubi verò ſatis emundatus fuerit, quonam eum mittit? Intro, inquit, ad ſcientiam, aliaſque virtutes. Quaſnam & quales? Videſne intra portam cœtum mulierum, quàm bonæ indolis atque inſtitutionis videntur: quam inculto ac ſimplici habitu præditæ, nihil in ſe aut fictum, aut accuratius ornatum more aliarum prætendentes? Video, inquam. Sed quænam hæ vocantur? Prima, inquit, ſcientia nuncupatur. Aliæ verò hujus germanæ ſunt: Fortitudo, juſtitia, probitas, temperantia, modeſtia, libertas, continentia, manſuetudo. Heus, inquam, optime ergo, quam magna in ſpe ſumus! Modo, inquit, intelligatis, & quæ auditis, ſtudioſe percipiatis. Atqui, inquam ego, accuratè ac diligenter attendemus. Salvi igitur, inquit, eritis. Ubi ergo eum ipſæ ſuſceperint; quo-

nam adducunt? Ad matrem, inquit. Ea vero quænam eſt? Fœlicitas, inquit. Cujuſmodi autem hæc eſt? Videſne viam illam ad ſublimem illum verticem ferentem, quem omnes ambitus veluti arcem ſuam ampleƈtuntur. Video. Mulier præcellens in veſtibulo conſtituta ſuper ſolium excelſum ſedet cultu non tam curioſo quam liberali, corona florentiſſima eleganter admodum capiti impoſita. Ita prorſus videtur. Hæc igitur, inquit, eſt fœlicitas. Ubi igitur ad eam quiſpiam acceſſerit, quid rerum gerit? Ipſa, inquit, fœlicitas eum potentiæ ſuæ corona circumdat. Itidem reliquæ omnes virtutes; perinde ac maximorum certaminum victores coronari ſolent. Et quænam, inquam ego, certamina devicit? Maxima, inquit; & maxima etiam monſtra, quæ prius ipſum abſumebant, affligebant, atque in ſervitutem redigebant. Omnia

nia hæc devicit, ac longe à se sequestravit, seque ipsum adeo superavit, ut huic illa nunc serviant, quibus ipse antea in servitutem redactus fuerat. Quænam hæc monstra dicis? audire enim admodum cupio. Imprimis, inquit, ignorantiam & errorem. An tibi monstra hæc esse non videntur? Tetra & laboriosa, inquàm ego. Deinde tristitiam, luctum, & avaritiam & incontinentiam, & reliquam omnem improbitatem. His omnibus non ut anteà paret: sed imperat. O præclara, inquam ego, facinora, & pulcherrimam victoriam! Illud autem mihi etiam expone; cujusmodi sit ejus potentia, qua eum coronari dixisti? Beatifica, inquit, ô adolescens. Qui enim fuerit ea potentia coronatus; & fœlix & beatus evadit, neque alibi quam in se ipso spem fœlicitatis reponit. Quam præclaram victoriam dicis! Cæterum coronatus quid agit, aut

quo vadit? Suſcipientes eum virtutes ad id loci ducunt, unde primum advenerat, eique commonſtrant ſtudia improborum; quam male degant, & miſere vivant; quanta in vitâ naufragia patiantur; quantum aberrent; quam veluti hoſtium captivitatem perferant: Alii incontinentiæ, alii arrogantiæ, alii avaritiæ, alii inani gloriæ, alii aliis malis inſervientes, per quæ à calamitatibus, quibus irretiti ſunt, exolvere ſe nequeunt, ut ſalventur, & eo perveniant: Sed in omni vita perturbantur. Atque hoc perpetiuntur, quod hujuſmodi viam invenire non poſſunt. Mandatum enim à Genio ac numine ſuo traditum oblivioni mandaverunt. Recte, inquam, dicere mihi videris, tametſi hoc etiam inſuper ambigo, curnam ei virtutes locum illum commonſtrent, unde prius advenerat. Nihil certi noverat, neque ullam eorum, quæ ibi agerentur,

rentur, ſcientiam tenebat ; ſed ob ignorantiam atque errorem, quem ebiberat, ambiguus, quæ bona non erant, bona ; quæ mala non fuerant, mala exiſtimabat. Quo circa male etiam vivebat, ſicut alii plerique ibi diverſantes. Nunc vero perceptâ utilium & conducibilium rerum ſcientiâ & ipſe optimam vitam traducit, & eos qui peſſime agunt, contemplatur. Ubi igitur omnia fuerit contemplatus, quid agit, aut quo tendit? Quo, inquit, ei collibitum fuerit. Ubique enim eum ſecuritas habet, perinde ac antrum corycium poſſideret: & quocunque pervenerit, ibi tutiſſimus rectam vivendi rationem aſſequitur : omnes enim eum, tanquam ægroti medicum, libenter & gratanter excipient. Numquid igitur illas mulieres, quæ monſtra abs te dicebantur, amplius non veretur, nequid ab eis detrimenti patiatur? Nihil penitus: qui neque

dolore, neque triſtitia, neque intemperantia, neque avaritia, neque paupertate, neque ullo alio incommodo vexetur. Omnibus enim imperat, ac præeſt, à quibus antea premebatur, eorum inſtar, qui à vipera morſi aliquando fuerint. Feræ enim quæ aliis omnibus pernitiem ac mortem afferunt, illis duntaxat innocuæ ſunt, quod eam vim veneno contrariam poſſident. Ita ne huic quidem quippiam nocet, quia virtutem vitiis ac malis oppoſitam velut Antipharmacum nactus eſt. Recte dicere mihi videris: ſed hæc etiam inſuper expone: quinam ſunt illi, qui illic à colle advenire videntur: quorum alii coronati lætitiam quandam præ ſe ferunt, alii incoronati deſperatione rerum tibias & capita lacerare videntur. Cum alioquin à quibuſdam mulieribus detineantur? Coronati ſunt, inquit, qui ſoſpites ad diſciplinam pervenerunt, eamque conſecuti

conſecuti ſummopere lætantur. Incoronati verò, alii deſperatione à diſciplina revertuntur male ac miſere degentes: Alii metu perculſi, ac perterriti atque ad conſtantiam refugientes rurſus errant, & per vias invias vagantur. Quæ verò mulieres eum ſequuntur, quænam ſunt? Triſtitiæ, inquit, & moleſtiæ, & anxietates & ignominiæ & ignorantiæ. Omnia igitur eos mala ſequuntur. Omnia, inquit, per Jovem ſubſequuntur. Ubi verò in primum ambitum ad voluptatem & incontinentiam pervenerint: nequaquam ſe ipſos accuſant, ſed & ſtatim diſciplinam & ſectatores illius maledictis inceſſunt. Adeò miſeri & calamitoſi & infœlices hi ſunt, qui ab earum contubernio defecerunt. Male enim vivunt, & nullis earum bonis perfruuntur. Et quæ etiam bona autumant? Luxuriam, & ut brevi complectar, intemperantiam. Convivari enim & pecudum more

ſcortari maximorum bonorum fruitionem eſſe arbitrantur. Aliæ verò mulieres, quæ illinc cum riſu & hilaritate adveniunt, quænam vocantur? Opiniones, inquit, eos ad diſciplinam ducentes, qui ad virtutes ingrediuntur. De via enim deflectunt aliquantiſper, ut alios adducant, admoneantque illos, eſſe fœlicitatem jam conſecutos, quos jampridem adduxerant. Vtrum igitur, inquam ego, ipſæ intus ad virtutes ingrediuntur? Nequaquam, inquit. Opinioni enim ad ſcientiam introire non licet: Sed diſciplinæ duntaxat eos tradunt: Quibus à diſciplinâ ſuſceptis, ipſæ poſthac denuo alios adducturæ revertuntur, earum inſtar navium, quæ depoſitis oneribus denuo revertuntur, ut aliis mercibus impleantur. Hæc ſane, inquam, mihi rectè videris diſſeruiſſe. Illud autem nobis nondum patefeciſti, quidnam Genius vitam ingreſſuris imperet faciendum. Bono, inquit,

quit, & conſtanti animo eſſe: quapropter vos etiam confidite. Omnia enim ediſſertabo, nihilque prætermittam. Recte, inquam ego, loqueris. Protensâ itaque iterum manu, aſpicite, inquit, mulierem illam, quæ cæca eſſe, & rotundo lapide inſiſtere videtur; Quam paulo ante nuncupari fortunam aſſerui. Aſpicimus. Huic, inquit, imperat non eſſe credendum, nec quicquam aut ſtabile aut ſecurum, aut proprium exiſtimandum, quod ab ea ſuſceperit. Nihil enim prohibet, quin omnia hæc auferat, atque alteri tribuat. Quippe quæ ſæpius id agere conſueverit. Quapropter illius etiam munera parvi eſſe pendenda denunciat, neque gaudendum, ubi dederit; neque dolendum, ubi abſtulerit. Eamque poſtremo neque vituperandam, neque laudandam. Nihil enim cum ratione, ſed temere omnia facit ac fortuitò, ut antea vobis expoſui.

expoſui. Quocirca Genius ille imperat, ut nulla ejus facinora demiremur, neve malos nummularios imitemur. Illi enim ubi argentum ab hominibus acceperint, gaudent, & ſuum eſſe arbitrantur. Ubi verò repetitur, moleſte ferunt, & peſſime ſecum actum putant, neque meminerunt ea ſe conditione depoſitum ſuſcepiſſe, per quam liceret ei, qui depoſuerat, iterum recipere. Eandem itaque in illius muneribus habendam eſſe rationem Genius imperat: recordandumque ejuſmodi ingenium eſſe fortunæ, ut, quæ dedit, auferat, ſtatimque multiplicia rurſus accumulet. Aliquando autem non his modo, quæ dederat; ſed his etiam, quæ prius extabant, facultatibus ſpoliet. Quæcumque igitur dederit, ſuſcipere jubet, atque ita ad ſtabilem ſecuramque munificentiam diverti. Qualem hanc, inquam ego? Quam à diſciplina ſuſcipient, ſi ſalutem

ibi

ibi fuerint conſecuti. Hæc ergo quænam eſt? Vera, inquit, ſcientia utilium rerum: ſecuraque & ſtabilis & immutabilis munificentia. Quocirca ſtatim ad hanc confugere jubet. Cum verò ad illas mulieres acceſſerint, quas antea dixi voluptatem & incontinentiam nuncupari, illinc quoque actutum eſſe diſcedendum imperat, ac ne his quidem fidem eſſe adhibendam, quoad ad falſam diſciplinam pervenerint. Ibi igitur aliquantiſper immorari, & quicquid libuerit, ab ea tanquam viaticum accipere jubet; ac demum poſtea illinc abſcedere, rectaque ad veram diſciplinam pervenire. Hoc illud eſt quod à Genio præcipitur. Cui ſi quis aut contrarius aut minus obediens fuerit, miſer miſerrime moritur. Iſtiuſmodi ſane fabula eſt, quæ in tabula continetur. Vobis autem nihil invideo, ſi quid ulterius interrogare ac perſcrutari vultis:

tis: ego vobis exponam. Recte dicis, inquam ego. Cæterum quid eos capere à falsa disciplina Genius imperat? Quæ bona, & conducibilia esse videantur. Hæc igitur quænam sunt? Litteræ, inquit, atque alia mathematum studia, quæ à Platone traduntur veluti vim freni cujuspiam in coercendis adolescentibus obtinere, ut ne ad alia pejora distrahantur. Utrum verò ea capere omnino necesse est, si quis ad veram disciplinam sit perventurus, necne? Nihil, inquit, necesse est: sed alioquin utilia sunt, tametsi ad reddendos homines meliores nihil conferunt. Nihil ergo affirmas hæc esse utilia ad meliores viros efficiendos? Licet enim profecto sine his etiam meliores fieri: illa tamen etiam non inutilia sunt. Quemadmodum enim, quæ aliquando pronunciantur, per interpretem conjicimus, cum alioquin non inutile sit nos etiam ipsos, si

quid

quid percepimus, voce ac lingua diſertiore proſequi. Ita ſine his etiam ſtudiis fieri meliores nihil prohibebit. Nunquid hi, qui mathematici vocantur, ad meliores quam alii ſint homines efficiendos nihil excellunt? Et quonam pacto excellere poterunt, qui nihilominus quam alii in bonorum & malorum cognitione decepti etiam omnibus vitiis implicati videantur? Nihil enim prohibet eum qui literis eruditus ac diſciplinis omnibus fuerit inſtitutus, itidem ebrium, & intemperantem & avarum, & injuſtum, & proditorem, ac poſtremo inſipientem eſſe. Multos profectò ejuſmodi videre licet. Quare fieri non poteſt, inquit, ut hi per has diſciplinas viri meliores evadant. Nequaquam apparet, ex hac ratione. Sed quænam eſt cauſa, inquam ego? Quia in ſecundo ambitu verſantur, tanquam veræ diſciplinæ appropinquantes. Et quid hoc,

hoc, inquit, emolumenti affert? cum plerumque liceat animadvertere de primo ambitu in tertium, ab incontinentia & reliquis vitiis ad veracem disciplinam pervenientes, qui hos mathematicos prætergrediuntur. Quare quonam modo proficiunt? nisi fortè prorsus indociles & durioris ingenii sunt: Cur hoc inquam ego? Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, quod quæ nesciunt, nescire se non dissimulant. In secundo vero illud certe nesciunt, quod scire se profitentur. Cujus sententiæ quoad fuerint, ad veracem disciplinam percipiendam nihil omnino promoveri necesse est. Illud præterea non ignoras, quod opiniones etiam de primo ambitu ad eos similiter ingrediuntur. Quo fit, ut illis hi nihilo meliores existant: nisi hos itidem penitentia subsequatur, sibique persuadeant, se non disciplinam, sed falsam disciplinam attigisse,

giſſe, per quam decipiuntur, atque ita ſalvi eſſe non poſſunt. Quo circa vos etiam, inquit, hoſpites ita facite, & quæ dicuntur, quoad profeceritis, diligenter attendite. Quinimo de his ipſis ſæpenumero conſiderandum eſt, & nihil intermittendum: ſed reliqua præter rem exiſtimanda, alioquin nulla eorum, quæ nunc auditis, utilitas erit. Ita faciemus. Illud autem explica, cur bona non ſint ea, quæ homines à fortuna percipiunt, ſicuti vita, ſanitas, divitiæ, gloria, liberi, victoriæ, & reliqua his ſimilia. Rurſuſque his oppoſita cur mala non ſint. Valde enim abſurdum & incredibile hoc nobis videtur. Age itaque, inquit, enitere ut quod ſentias de quibus interrogaris, reſpondeas. Atque hoc, inquam, ego faciam facile. Utrum igitur ſi male quiſpiam vivat, vivere illi bonum cenſes? Non bonum, ſed malum, inquam ego, mihi videtur.

Quo-

Quonam igitur pacto vivere bonum eſt, inquit: Si quidem hoc per ſe malum eſt? Quia male viventibus malum: bene autem, bonum eſſe mihi videtur. Ipſum igitur vivere & malum & bonum eſſe contendis? Ego, inquam. Abſit itaque ut tam abſurde loquaris. Neque enim fieri poteſt, ut idem malum pariter ac bonum ſit. Ita enim & utile & pernitioſum, & eligendum & fugiendum ſimul idem ſemper: quo quid abſurdius? Sed quonam pacto, ſi cui malè vivere contingat, eidem quoque malum contingat, ipſum vivere malum non eſt? Atque vivere & malè vivere ſub eodem non cenſetur. Nunquid non ita tibi videtur? Profecto idem eſſe, ne mihi quidem videtur. Itaque vivere non malum eſt: nam ſi malum exiſteret, malum utique viventibus eſſet: quia, quod per ſe malum eſt, ipſum vivere illis adeſſet. Vera mihi dicere videris. Quoniam igitur &

male

male & benè viventibus vivere ipſum contingit : neque bonum neque malum eſſe ipſum vivere confirmatur. Sicuti nec ſecare quidem atque urere in ægrotantibus morboſum aut ſalubre datur: nihilominus in ipſo etiam vivere comprobatur. Ita res eſt. Tu itaque ſic adverte : utrum male vivere, an potius honeſte ac generoſe mori cupias? Honeſte, inquam ego, potius mori. Quo circa ne mori quidem eſt malum, ſi quidem emori quam vivere plerumque eſt eligibilius. Ità ſe res habet. Eadem eſt ratio de ſanitate & infirmitate. Sæpius enim ſanum eſſe non confert : Verùm contra, cum ita caſus tulerit. Vera dicis. Age verò de divitiis ita conſideremus : Siquidem pleroſque intueri ſæpenumero licet ampliſſimis divitiis affluentes, peſſime tamen ac miſerrime viventes. Pleroſque per Jovem. Quapropter

